

136
EPITAPHIUM SEPULCHRALE,

Pie Defunctæ,

Nobili & Ornatissimæ Fœminæ

ELISABETHÆ,

CONSORTI AMANTISSIMÆ,

VIRI SPECTABILIS

DN. JOANNIS

RICHTSTEGII,

Scabini in Veteri Thoruniensium Civitate bene
merentis,

FILIÆ autem Charissimæ,

VIRI

MAGNIFICI NOBILISSIMI ac CONSULTISSIMI

**DOMINI SIMONIS
SCHULTZII,**

Præ-Consulis apud Thorunienses longe gravissimi
meritissimi,

Debitæ propensionis Stylo

Exaratum,

Et

Tunestis Parentalibus,

Per

Ant. Chr. de Str. Lapczynski.

Præsentatum

Anno 1708. Die 8. Junii.

THORUNI,

Impress. Johannes Conradus Rügerus.

HUC Oculos,
Huc aures,
Huc Animos, huc mentem,
Arrigite mortales.
Videte, Considerate, obstupecite,
Tumulus hic,
Vestris hodie qui patet Conspectibus,
Lapis Offensionis est:
Communis Mortalium scopulus,
Terminalis Alcidae Columna;
Vitæ scopus,
Mortalitatis terminus.
Inevitabilis,
Lapis offensionis est.
Ad quem,
Non pedes sed Corda offenduntur.
Scyllis atrocior,
Communis mortalium scopulus.
Quod quod scilicet,
Per Miseriarum mundi hujus Mare immensum
Navigamus Peregrini,
Ad hunc fragili vitæ navicula allisi
Fatali subiacemus naufragio.
Verior,
Terminalis Alcidae Columna.
In hoc enim
Finale Non Plus ultra,
Inscribitur Cunctis.
Fatalis heu!
Terque quaterque Fatalis scopulus!
Qui hodie etiam,
In atrocitatis suæ documentum,

Per

Per mundi Oceanum,
Adversis navigantem fluctibus.
Nobilis ELISABETHÆ,
Vitæ naviculam,
Tot pretiosis mercibus onustam,
Tot Divitiis plenam,
Quod auro gemmis & omni pretio majoribus
Virtutibus,
Quod Incomparabilibus meritis,
Ac egregiis Qualitatibus,
Fatale pati cogit naufragium.
Atque uno fluctu
MAGNE DOMUS,
Aureum Decus,
Unicas,
Non minus annis quam meritis gravium,
Parentum Delicias,
Amantis.
Cor Dimidiumque Viri,
Spes altæ Proles
Submerfit Infande.
FILIAM,
Quæ unica supererat,
Patri huic,
Cui parem.
Nequei inter natos numeravit,
Neque inter mortuos deflevit,
Thorunium.
Altæ Prosapia Familiæ,
Nulli Minoris,
Virtute ac Meritis,
Omnibus majoris,

SIMO-

SIMONIS SCHULTZII;
PRÆCONSULIS THORUNENSIS.

Uxorem Viri,

Qui

Non minus sublimi genere,

Quam summis Dotibus,

Coequatur Maximis.

Ad hunc igitur tumulum

Sistite gradus Peregrini,

Et defunctæ date lacrymas.

Mæstis autem Parentalibus,

Solamina

Ut quos

Crudelis Fatorum Actus affixit,

Amicus votorum affectus vestrorum

recreet.

Hæc una mecum intimis exoptantes desideriiis

Ut in quibus damnum intulere Parcæ,

Obligata cum honore fortuna & Gloria

rependat omnimode,

Et in hoc lapide,

Suam illis exaret obligationem,

In quo ego quoque


Ipsa sinceritatis stylo,

Officiorum meorum debitum

Subscribo

Faustissima Quæque

Exoptans.



SIMO

113556